



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 8. Æquissima ratione piomulgat S. Tribunal Inquisitionis edicta contra
hæreticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

Araneis ferunt. Apposita tamen est illa inter-
 pretatio D. Pallidij, cum doctrina, tam pietate
 insignis: qui ait, quod opimum contra scorpio-
 nes remedium est ignis; hoc autem eo modo;
 quod si in domo, ubi plurimi eorum serpunt,
 unum aut alterum, sumptis, eosque in medio
 domus igni tradas exurendos, illico ceteri per-
 territi diffugiunt, & procul abscedunt. Hoc
 est coeleste contra hæreticos antidotum, quo
 zelosi ferrarij vtuntur, capti namque vno hæ-
 retico, & ignibus tradito, ceteri hoc supplicio
 deterriti diffugiunt. Nuntiate illis qui in Fran-
 ciam auferunt, ut huc veniant, dicite sed frag-
 ris Anglis, adeant Hispaniam, deterritos procul
 exturbant illos ferrarij coelestes: non enim fieri
 potest, ut hæc viribus humanis adscribantur, sed
 quod Deus talem illis indiderit potestatem &
 auctoritatem ut quasi illis dicere videatur: *Ter-
 rum vestram ac tremorem sit super cuncta animalia ter-
 ra.* Homines vtentes ratione non perterrent, vt
 que vitæ, fideique moribus integros, virum
 Christianum fidelem, piisque timore non per-
 cellunt, sed bestias, hæreticos, carnales, blasphe-
 mos, illos de quibus ait Indas Apostolus: *Anti-
 males spiritum non habentes.* Optimè dicit, id-
 circo creatos esse, vt tales nedum deterreat,
 sed insuper eos vt deticiant, in fugam compel-
 lant, per orbem dispergant, vt secura liberaque
 letetur Ecclesia.

§. 8. *Æquissima ratione promulgat S. Tri-
 bunal Inquisitionis edicta contra hæreti-
 cos.*

Vt suum impleant hi fortissimi duces of-
 ficium edicta promulgant, qualia audi-
 tus, quibus præcipitur, quicumque sci-
 uerit, intellexerit, vel audiverit &c. Vt domus,
 seu aula regalis emundetur, ratio postulat vt
 sæpe numero scorparia accedat quæ telas ara-
 neas in angulis contextas, diligentius euerat
 que si deses hoc neglexens, textit telas locis
 oblectis & in angulis araneæ, totumque conr-
 maculant domum, Ecclesia Dei Domus est, te-
 lle D. Pauli: *Domus Dei, quæ est Ecclesia Dei*
us, columna & firmamentum veritatis. Hæreticos
 araneis assimilamus: Tales illos Iob describit
 homine hypocritarum: *Sicut tela aranearum fi-
 ncti eius.* A pissima metaphora. Telam etevim
 quam aranea textit, de suis educit visceribus, a-
 deo tenuem, vt solis captandis muscis sufficiat,
 illam distingit columba, discerpit aquila, disti-

gant aues corpore præstantiores: Sectatur ara-
 nea loca oblectiora cellaria, stabula equorum
 angulos: Sic & hæretici, sunt enim eorum ra-
 tiones, de propriis educit visceribus, animo, iu-
 dicio & iute lecti. Verum Ecclesia telas textit
 robustas, fila fortia de S. Scriptura, Sanctorum-
 que Patrum deprimpta visceribus ex D. Augu-
 stino, D. Hieronymo D. Ambrosio, D. Tho. &c.
 Hinc illæ tela quas S. textit Ecclesia, hinc eius
 determinationes, ritus, ceremoniæ, definitiones,
 veritates. Hæreticus autem proprio eruit argu-
 menta cerebro: *Proprio iudicio condemnatus est,*
 inquit D. Paulus. Eorum tela ad muscas tantum
 valent capiendas, populum rudem, indoctum,
 parui cerebri, non illis prudens capitur, non in-
 uertitur sapiens, non inuoluitur zelosus, sed io-
 culator, vagus, virtute leuis. Ad hoc, se alios quæ
 sint, esse simulant, se iactant, virtute pimus om-
 nium salutis æmulos, omnium profectus studio-
 sos, sub hac vero larua, retia sua telaque abl-
 condunt, vt simplicem decipiant, irruant liber-
 tinum, nouorum curiosum inuoluant, hoc mo-
 do quidquid voluerunt, effecerunt.

Vidit D. Ioannes bestiam illam, cui draco de-
 derat potestatem, non leue inferentem damnum,
 aliam quoque postmodum vidit, agno similli-
 mam: *Cornu duo similia agni.* Hæc os habebat
 simile draconis, hæc terram omnem sibi subie-
 ciebat &c. O quæ fortitudo & quidem sub spe-
 cie Agni! Quorundam est opinio, quemdam
 prædici prædicatorum Antichristi, qui simulata
 sanctitate, totum subiciet mundum Antichristo,
 & agno similis cunctos suis inuoluet capietque
 etroribus. Arbitrantur alij quemdam prædicato-
 rem, seu hominum fore congregatio nem qui si-
 miles agno censentur, & viribus agni proce-
 dent, quorum os sit os draconis? *Os eorum locu-
 tum est superbiam.* Verba eorum superbiam sa-
 pient, ac iactantiam. Tales sunt hæretici. Eadem
 de causa de idolorum erectioibus, dixit Oseas:
In aranearum telas erit vitulus Samaria. Quod
 exponens Rupertus ad rem declarat illud Isa-
 iæ: *Telas araneæ texuerunt, & tela carum non
 erunt in vestimentum.* De mendacijs Iudeorum
 Apostolorum. Insuper angulos querunt, & e-
 quorum stabula, eo recurrunt hæretici, perua-
 gantur angulos.

D. Hier. disputat de quibusdam erionibus qui
 tempore Pontificis Anastasij fuerant cõdenati,
 quos iã sepultos quidam renouarunt hæretici,
 de quibus hoc eleganter: *Solent enim huiusmodi
 per angulos miffiare.* Quarto modo proprii hæ-
 reticis angulos sectarum, speluncas quærere, clau-
 culum

Ad Ti-
 mo. c. 3.
 11.
 Apoc.
 ca. 13.
 10.
 Ps. 10.
 10.
 Ose. 8.
 6.
 Isa. 59.
 5.
 23.
 D. Hier.
 Epi. 8.
 ad Di-
 metri.
 de ser-
 uanda
 iuste.
 Tom. 1.
 P p p 3



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

culum suos diffundere, & infundere errores, vt eos nullus detegat, dixit Salomon: Cum submisit vocem, Homines, qui dicunt, hoc nemo intelligat loquamur submissis? Ne credideris eis.

Prout. 26. 25. Nihil enim intendunt aliud, quam nouitatibus decipere, & erroribus involuere, nouum curiosos, effrenes gyronagos, vnde fraudes machinantur, Ne vero qui sint cognoscantur, occulte tantum, & in angulis errores suos dinendant.

Hæretici titulos assumunt Catholico-rum. Comparat illos D. Pau. Incantatoribus Pharaonis, qui veneticis suis miracula parabant phantastica & Christus in Euangelio dicit illos illores. Quando aliud nō possunt, titulos assumunt Auctorum Catholicorum, vt eo nomine hæretes suas disseminant. Nomine D. Pau. scribebāt epistolam stolam hæretici Thessalonicensibus. Nomine Origenes. Nomine S. Leonis Papæ prodixerūt tractatus hæresi Nestoriana conscriptos. Nostra tēpeltate Oecolampadius hæreticus in lucem edidit opus contra venerabile Altaris Sacramētū; nomine prænotato viri Catholici Bertrami presbyteri. Carolostadius alter hæreticus, aliud enulpanit opus contra cultū imaginum nomine Caroli Magni sextæ synodo dicatam. Caluinus aliud hæretibus scaens cum inscriptione Catholicissimi viri Aleuini. Bulingerus aliud conscripsit ficto nomine D. Athanasij. Bucerus aliud mentitus est, contra bonorum operū meritū sub nomine Ioannis Episcopi Rosani, circa quod Sixtus Senensis. a. quædam enarrat singulari digna memorati. Similiter Greterus b. In sexta verò Synodo generali legitur, quod hæretici multos SS. Patrum libros adulterarint, & corruerint. De quo Pineda. e.

a In præfatione Libri Bibli. Sanct. & l. 7. & 8. b De tur. & pur. li. l. 2. c Tom. 3. Mon. li. 17. ca. 34.

Præterea scribitur, quod angulos sedentur, quia suos ceabant errores inroducere prædicantes illos rudioribus hominibus, & in virtute vacillantibus. Idcirco inter alias rationes, illis sancti Patres nomen vulpium imponunt. Vulpes aumalia robusta, maiora ac ferocia non aggreditur, sed mansueti, minora, domestica, inermia, non aquilas insequitur, non maluos impugnat, sed gallinas, anates, pullosque sectatur, nō leones, non tigrides oppugnat, sed agnis, quibus captis insidiatur. His similes sunt hæretici: ne putes, quod de suis erroribus, consulunt viros doctos, & sanctos, aut his illos pudent; minimè gentiū, sed ordinariè petunt ignorantes, adeunt simplices, ingerunt se mulierculis: quas nullo possunt negotio illaqueare? A pud huius generis homines sua seminat deliramenta, hocq; agendi modo proficiunt hæretici: Seducunt corda in-

nocentiam, affirmat D. Pau. Quocirca D. Hieron. Eustochio virgini consulti, sibi caueat ab hæreticis qui larvati incedunt paupere tunica squallidi, teiunus exesi, orationibus intenti, te rebus spiritualibus colloquentes, quibus crebro mulieres, gentemque indoctam irreciunt. Hæc eius sunt verba: *Talem olim Antinum, talem nuper Siphronium Roma conuenit, qui postquam nobilitate introierunt domos, & deciperunt mulierculas enarratas peccatis, iustitiam simulant, & quasi longa ieiunia fuerint noctium cibis pertrahunt.* Quintimo & hoc damno vt notat idem D. Hier. in Hispania & Lusitanæ mulieres inuolutæ sunt in munda Gnothecorum hæresi polluitur. *Multa Hispaniarum & Lusitanæ accepta sunt muliercula.* Quare nostra deploranda est Hispania, ob mulieres hoc vitio deprauatas, prouide has attendendo fraudes, quas texunt hæretici, non in cogitè dicitur quod latebras, angulosque perambulant. Pariter quoque dicere licet eos angulos, & abditos venari recessus; quod communiter sint illi, in quibus dominatur vitium gula, sensualitates, immunditæ carnis, & prohibita sunt texunt araneæ telas vt nostro vidimus infortuno in Francia, Germania, Anglia & c. non ad curia deauratæ prodeunt conspectum, non bonos non integros conueniunt: si quid enim hic texerent, adest scoparius, telasque dissipat araneorum. Quid mirabile de hoc narra Pierius, Valerianus, quando in Concilio quinquaginta Patrum, atro calens, tot hæreticos, proscripti sunt Gregorius Patriarcha Constantinopolitanus, & Marcion ac Pyrius, si vita condemnatione plurime deciderunt araneæ in medium aule Concilij; quasi quis dicat, quod Concilij Patres, iam telas abstulerant, quas texerant, vnde tot corruerunt araneæ. Expofcit necessitas, ac curat scoparia vt proclamantur edicta, quærendo indagando, si qui forte texat araneæ telas, si lateat hæreticus, qui fraudes contra fidem vulpinas molliatur, aut viuat, aut dicat, aut scribat aliquid contra fidei puritatem, quod teneatur quislibet denuntiare, intimare, referre id quod audiuit, nouit, & c. vt domus integra mundaque conseruetur.

S. 9 Non est cum hæreticis seruanda fraternitas correptio, sed illa præterita, & confestim sunt denuntiandi.

INquit SS. Doctores, cur diabolus, virum hunc possidens dicitur fuisse inutus: Et illud erat inuim. Nodum dissoluit D. Chrystostomus.

